AUGUSTINUS
12. bis 13. Jh.
Seite 129r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26422
Copyright: Admont, Benediktinerstift



129

xerat. lex subintrauit ut abundaret delictum. ubi autem abundauit delictum sup. abundauit gratia. Quid ergo uerum est. quia legem accipientes homines quod suis uiribus superbissime presumebant. nec diuinum adiutorium uincendam malam cupiscentiam recta fide impetrantes. pluribus quoribus quibus delictis et ita lege praeuaricata onerati sunt. ac sic magno reatu expellente fugerunt ad fidem. quam iam indulgentiae merentur et auxilium a domino quem fecit celum et terram. ut diffusa per spiritum sanctum caritate in cordibus suis cum dilectione agerent quod ut sancti huius cupiscentias iuberent. secundum id quod predictum fuerat in psalmo. Multiplicate sunt infirmitates eorum. postea acceleraverunt. Vnde quid dicit apostolus arbitramur se iustificari hominem per fidem sine operibus legis. in hoc autem ut precepta ac professa fidem opera iustitiae exercenant. si. ut sciat se quisque per fidem posse iustificari. et ita si legis opera non precesserint Sequuntur eum iustificatum non precedit iustificandum. Vnde in presenti opere non operae est latius disputare. presertim quia ex hac questione plurium librum edidi. qui inscribitur de litera et spiritu. Cum quod hec opinio tempore fuerat exorta aliquae aplice epistolae. iohannis. petri. iacobi. iudae. quae ea dirigunt intentione. ut vehementer astruant solam fidem sine operibus non prodesse. sicut ipse parvus in quadam libro fidem qua in deum credunt. si ea salubrem planeque evangelica definiuit cui opera ex dilectione precedit et fides in quantum per dilectionem operatur. Vnde ita fide quae sufficit ad salutem quibus data videtur ita nihil